

B  
1995  
135

177

4

U. g. 17, 5



5  
DEO TER OPT. TER

MAX. ANNUENTE,  
AUGUSTI NOSTRI ELECTORIS CLEMENTIS-  
SIMO CONCESSU, NOBILISSIM. FACULT.  
JURID. DECRETO,  
RECTORE UNIVERSITATIS MAGNIFICO,

DN. JOHANNES  
BRÜNNEMANNO

PHIL. ET J. U. D. DECRET. PROF. ORDINAR. FACUL-  
TATIS JURID. ORDINARIO ET SENIORE.  
VIR MAGNIFICUS ATQUE NOBILISSIMUS,

DN. GODOFREDUS de JENA,

Jctus, Augusti Electoris Nostri Consiliarius, Antecessor,  
ad Hunc Actum Procancellarius,

in

VIRUM CLARISSIMUM ATQUE DOCTISSIMUM  
DN. JONATHANEM CLERICUM

Camerae Electoralis Custrinatis Advocatum & Universi-  
tatis Electoralis Viadrinae Bibliothecarium, post Egregium  
Doctrinae ac Morum sub Rigorosa & Accuratâ  
Facult. Jurid. Censurâ editum documen,

U. J. LICENTIATURAM

*In Acroaterio Jctorum ad diem 28. Octob. publicè &  
solenniter Collaturus, omnium Ordinum atq; Pro-  
fessionum Cives Universitatis eo nomine dignan-  
ter invitatos reddit.*

---

Literis BEGMANIANIS.

5

DEO TER OPT TER

ANNO DOMINI MDCCLXXII  
MENSE OCTOBRI  
DIE VIGINTI

DR JOHANNES

BRUNNEMANN

PHYSICUS ET CHIRURGUS  
IN WÜRZBURG

DR GODOFREDUS

PHYSICUS ET CHIRURGUS  
IN WÜRZBURG

DR JONATHAN

PHYSICUS ET CHIRURGUS  
IN WÜRZBURG

DR JONATHAN


PHYSICUS ET CHIRURGUS  
IN WÜRZBURG

DR JONATHAN

PHYSICUS ET CHIRURGUS  
IN WÜRZBURG

DR JONATHAN





**R**Xceptione, quæ Ignorantiam disertè, vel Sim-  
plicitatis titulo, causetur, non temerè recepti-  
us. Et quidem in Causis Forensibus obtinuit  
dudum, & invaluit, uti certa lege admittatur.  
At minùs ampliata usq; eò, quò à Plebe obtentui habetur.  
Inde Ignorantia V.ribilis, itemq; Culpa lata, locum re-  
perit nullum. In Theologiâ adhuc & Philosophiâ longè  
multumq; arctior. Hinc Simplex Fides, & Carbonaria,  
evadit quàm pessima. Nec pœnas Ethica Ignorantia levat,  
usq; ad eam solam, cujus minimè tenetur. Hâc Aetate I-  
gnorantiam, ubi quam Scientia pluris esse cœpta & super  
Artes florere, in summis Bonis ponere, utq; suspiciant  
eam, ac revereantur, parùm Eruditos inducere, Igno-  
rantia Alumno, & minùs doctrinâ Valenti, è re est unum  
omnium maximè. Enim verò quotusquisq; Nostrum Vi-  
tæ suæ rationem duxerit minùs extollendam? Sive depre-  
henderit, vigere eam, ut augeat, quod Ignaro, ac minùs  
Docto jam temporis incumbit; Sive vitium facere, ut  
ruinam præcipiat, quod Literarij Ordinis est. Illi expe-  
dit, Artes post quodcunq; vitæ genus habere, alto fastu  
despicere, pro deridiculo putare. Mox Utilitate, quam  
Plebs expedit, æstimare, ut in contemptum atq; pernici-  
em Literarum aura popularis contrahatur. Exin Scientia  
vicio

vitio danda, & obscuritatis postulanda, vaniq; Tædij;  
Quod tempus atterat, ingenia torqueat, ac perturbet,  
corrumpatq;. Cum ab omniū Prudentum atq; Politico-  
rum, tum inprimis à Generosorum dignitate alienissi-  
mum, uti ingenti crimini sit & detrimento, Felicius  
autem sustolli amat, quod retineri simulatur: Titulo  
& Umbrâ. Igitur pro Genuinis & Nobilioribus Disci-  
plinis adulterinæ, aut saltem ignobiliores, quibus ani-  
mum induere Natura concessit, subponendæ atq; com-  
mendandæ; Nomina verò jactanda, & nullatenus ver-  
tenda. Ne minui quid, néve summoverti, sed corrigi  
modò, & auferre videatur. Ita hoc seculo, ubi Vitiis  
Virtutes ducuntur posteriores, pro Scientiâ Ignorantiam  
ostentare atq; inducere licet. At Scientiarū Cultorem de-  
cet Veritatem ab ruinâ vindicare, Fictumq; personâ Le-  
oninâ exuere, ac unūquodq; genuinâ atq; dexteriore lan-  
cereputare. Id quod cuius Facultati pro ratâ portione  
convenit. Quod ad Jurisprudentiam, ea Ignorantiam,  
habentis variis, iisque necessitatibus, sepius ac  
cohibet. LL. & sciri & intelligi, Princeps jubet. Nec  
quemquam Juris Ignorantiâ excusari. Paria facit scire  
& scire debere. Nequaquam admittit, LL. Rusticitatis  
aut Imperitiæ velamentis circumveniri. Ignoranti-  
am Pontifex pronunciat omnibus damnosam. Tum  
Ignorantem, à DEO, Lege, & Ministro ejus, Magistratu,  
ignorandum. Edicens, ut stultus culpâ evadat sapiens  
poenâ. Ne verò excessus vel defectus quicquam patre-  
tur, Juris prudentia intelligenter expendit Ignorantiam  
juxta Personarum, Rerum, Actionum, ipsius deniq;  
Igno-

Ignorantiæ qualitatem ac modum. Minori viginti  
quinq; annis, Militi, Rustico, Mulieri, & cuivis minùs  
Perito, certas veniæ, pœnæve LL. fixit. Inde Argumen-  
tum præsens contemplatione dignissimum, & Justitiæ A-  
lumno perquam necessarium, in Corpore Juris passim  
celebratum, cætera ab Interpp. minùs excultum, inq;  
solido præceptum. Eapropter operæ pretium facturus  
videtur Vir Clarus ac Consultus DN. M. JONATHAN  
CLERICUS Camerae Electoralis Custrinatis Advocatus,  
& Universitatis Electoralis Viadrinæ Bibliothecarius;  
Qui pro impetrandâ, jam meritâ dudum, Licen-  
tia, ad summos Ul. J. Honores Disputatione publicâ ac  
solemni decertaturus, Materiam hanc de Ignorantiâ  
suscepit elaborandam.

Propitii sanè Fati est, & reverenter haben-  
di, Claro sanguine procreari, ut Magnificum,  
atq; splendidum existat, Inlustri Patriâ oriri. Coniunctum  
si Utrumq; fuerit, absolvitur Sedes, quam Virtus habitat.  
Plantæ, quas Seminis Bonitas commendat, florent in  
ubere felicius, quàm in sterili Solo. Sed plurimum inter-  
est, Sanguinem Religiosum haurire, ex pio concrefcere  
Semine, Orthodoxum Spiritum trahere. Enitent hæc in  
NOSTRO. Ex Elisabethâ Haganæâ, Feminâ Virtutibus  
Sexus sui ornatâ, Ipsum Anno Christiano supra Millefi-  
mum Sexcentessimum Trigesimum Secundo ad Diem 2.  
Martii, tulit Vir Nobilis JEAN LE Clercq, Serenissimo  
Anhaltinorum Principi Glorios. M. LUDOVICO à Con-  
siliis ac Secretis. Avus ex Lineâ Paterna ob Religionem  
Orthodoxam Paterno Solo Flandriâ ab Nobili illo Ho-  
ste Ecclesiæ, Duce de Albâ, exactus Francofurti ad Mœnũ



confedit. Avus ex Lineâ Maternâ, Melchior Haganæus, ob Religionem itidem Orthodoxam Ambergâ ejectus, Serenissimo Principi Anhaltino, à Secretis fuit. Jacere hæc esset Totam Genealogiam, si jam in manibus esse temporis angustia sustinuisset. Refert verò hanc Familiam Historicorum Famosissimus Emanuel Meteranus. Iis Parentibus Candidatus editus in Anhaltiniâ, Virorû Inlustrum feracissimâ. Id quod loquuntur JENAVIORUM, MILAGIORUM, COPPENIORUM, aliorûmq; bene multorum Virtutes; Quæ ad tantum Famæ Fastigium se evexere, ut ejus & Orbis, quem implevit, Finis futurus sit idem. Parentem Candidati immatura Mors sustulit, Infante Solius Matris curæ relicto. Quos mores vitæ semel consuetudo induerit, pertinaciter hærentes, subinde recurrunt, vel furcâ expulsi. Hinc maximum totius Vitæ pondus in Educatione, eâq; primâ, collocatur. Cumq; initium omnis Beatudinis existat Timor Domini, primis annis Pietati Avitæ ut adsuesceret, Mensâ receptus est à Reverendo ac Clarissimo Viro M. Daniele Sachsiô, Superintendente Cotheniensi, Pertinace Orthodoxias Adsertore. Posterius Cognatis suis Viris Reverendis atq; Eximiis Dn. Theodoro Christophoro Cautio & Johanni Davidi Weidero, traditus. Itemq; Claro ac Celebris Viro Dn. Johanni Walstorpio. Ita Pietatis atq; Eruditionis fundamenta fideliter jecit; Quibus altiora, ut superstrueret, Consilio Matris & Cognatorum in Inlustrissimum Anhaltinorum Gymnasium, cui Philosophus ille pariter ac Theologus nunquam satis commendatus Wendelinus præerat, ablegatus Anno ab Orbe redempto supra Millesimû Sexcentessimû Quadragesimum Octavo. A Magno hoc Viro



Viro Philosophiâ ac Theologiâ probè imbutus, Disputationem Publicam Eodem Præside de Mundo habuit. Anno Partus Virginei supra Millesimum Sexcentesium Quinquagesimū primo pertendit in Universitatem Leucorem; ubi in Studiis Philosophicis graviolem defigens operam, Disputationem Metaphysicam Præsidi. Plur. Reverendo atq; Excellentissimo Dn. Quenstedten instituit. Inde Anno Reciperatæ Salutis supra Millesimum Sexcentesium Quinquagesimum Tertio in Almam Nostram Universitatem concessit. Quàm egregiam ac Singularem Literis impertierit operâ clam neminem est. Duas præter Juridicas, Præsidentibus Germanis toto Orbe celeberrimis Dnn. DD. de Jenâ Octo circiter Disputationes Publicas Philosophicas celebravit; Præsidentum Medico Experientissimo Dn. M. Philippo Becmano Philos. Nat. Prof. Ordinum Viro Clarissimo Dn. M. Crugero & Robertsonio. Quâ igitur præclarè meruerat, Docturâ Philosophicâ Anno ab Incarnato DEO supra Millesimum Sexcentesium Quinquagesimum Quinto ornabatur. Copiâ docendi adeptâ Collegia aliquâ multâ aperuit. Collegiū de Conscribendis Epistolis, Politicum Lectorium & Disputatoriū, Historicum Lectorium in Jonstonii Historiâ Universalē; Duo Collegia Juridica Lectoria & Disputatoria; Munera Præsidis, quinquies functus. Atq; adeò ingentis Eruditionis, Ingenii, pariter ac indefessi Laboris Specimina edidit luculentissima. Cum ab Inlustriſſima Nostra Universitate Bibliothecarius designaretur, huc autem pestis ingrueret, Disturbatâ Republicâ Literariâ Custrinum digressus est, ubi in procuratorem Fisci & numerū Advocatorū Camera Electoralis adscitus. Postcâ verò quàm Pestifera

Lues

Lues hinc abiret, nec ille Custrinensis aëris Intemperiem  
satis benè exciperet, Vitæ Academicæ Consuetudine de-  
mulsus, Francofurtum suum, tanquàm Ulysses Jthacam,  
repetebat; Munere Bibliothecarij, quod præclarè antea  
gesserat, reciperato. Quibus persequendis superseden-  
dum duxerim, ratus, jam adlata Candidati Eruditionem,  
Ingenium, Labores, Vitam, cuiq; adprobare liquidissimè.  
Rèq; ipsà illud idem Disputatione Inaugurali, quam de  
Ignorantiâ ad Diem Crastinum 28. Octob. Præside Viro  
Magnifico atq; Nobilissimo DN. GODOFREDO de JENA,  
Jcto, Augusti Electoris Nostri Consiliario Eminente, An-  
tecessore Inlustri, ad hunc Actum Pro Cancellario, insti-  
turus est, faciet testatissimum. Vos, QUIRITES LITERARIJ,  
Verbis tum Eminentis, DN. Pro Cancellarij, tum Clarif-  
simi DN. Candidati, officiosè atq; amicè invitamini defi-  
nito tempore pro Licentiatus Gradu ac Privilegiis DN.  
Candidato Disputanti aures benevolas dare, Solemnia Co-  
ronâ Vestrâ Ornantes. Id officij compensare omnibus mo-  
dis DN. Pro Cancellarius atq; Candidatus annitentur.  
Quod restat Numini Supremo supplices imus, ut Augustū  
atq; Potentissimum Principem & Dominū, DN. FRIDERI-  
CUM WILHELMUM MAGNUM, Dominū Nostrum Clemen-  
tissimum, simul Serenissimā DN. Coniuge & Serenissimis  
Principibus Filiis Dominâ & Dominis Nostris Clemen-  
tissimis ad nos felicissimè reductum, Longævitate  
Incolumi, Victoriâ, Pace, omniq; Beatitudine, afficiat.

P. P. adpresso Sigillo Facult: Jurid. in Electorali Marchi-  
arum Universitate Dominicâ XIX. Post Trinitatis, Anno ab  
Orbe Redempto supra Millesimum, Sexcentessimum Sexagesi-  
mum Primo.


E. G.  
Theol. Prof. Ordin:

AB: 152995

ULB Halle

3


003 358 925




R

VD 17







DEO TER OPT. TER  
MAX. ANNUENTE,  
AUGUSTI NOSTRI ELECTORIS CLEMENTIS-  
SIMO CONCESSU, NOBILISSIM. FACULT.  
JURID. DECRETO,  
RECTORE UNIVERSITATIS MAGNIFICO,  
**DN. JOHANNNE  
BRÜNNEMANNO**  
PHIL. ET J. U. D. DECRET. PROF. ORDINAR. FACUL-  
TATIS JURID. ORDINARIO ET SENIORE,  
*VIR MAGNIFICUS ATQUE NOBILISSIMUS,*  
**DN. GODOFREDUS de JENA,**  
Jctus, Augusti Electoris Nostri Consiliarius, Antecessor,  
ad Hunc Actum Procancellarius,  
in  
*VIRUM CLARISSIMUM ATQUE DOCTISSIMUM*  
**DN. JONATHANEM CLERICUM**  
Camerae Electoralis Custrinatis Advocatum & Universi-  
tatis Electoralis Viadrinae Bibliothecarium, post Egregium  
Doctrinae ac Morum sub Rigorosa & Accurata  
Facult. Jurid. Censurâ editum documen,  
U. J. LICENTIATURAM  
*In Acroaterio Jctorum ad diem 28. Octob. publicè &  
solemniter Collaturus, omnium Ordinum atq; Pro-  
fessionum Cives Universitatis eo nomine dignan-  
ter invitatos reddit.*  

---

*Literis BECMANIANIS.*